Boguski factum et adimplendum inscribit et obligat praesentibus, idque sub vadio decem millium florenorum pecuniae polonicae et sub censuris Ecclesiasticis quas cum suo Conventu praefato in casu contraventionis inscriptioni praesenti in aliqua parte vel toto in se assumit toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbere. Insuper praenominatus religiosus Reverendus Pater Dominicus Jasienicki dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia eidem Reverendo Michaeli Boguski et ipsius succedaneis quandocunque voluerit transferendi et transportandi, quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet religiosum transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito sive Censuris Ecclesiasticis aut re aliqua praemissorum non completa complendisque praemissis citatus ex nunc memoratus religiosus et praefatus Conventus Husaconiensis nunc et pro tempore existens Ad instantiam praefati Reverendi Michaelis Boguski aut eius succedaneorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense sive ad Forum Spirituale Illustrissimi Domini loci ordinarii Premisliensis ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadium praefatum luere Censuras Ecclesiasticas subire inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ad teneturque, et praefatum Conventum Husaconiensem ad eadem omnia obligat eumque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori ad munimenta ad Auctorem vel aliis

quibusuis



quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis sive etiam officii Illustrissimi Domini loci ordinarii Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes caninque prosecutiones faciendo praemissaque omnia praemissis simplicibus vel iuncatis [?] evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesentione Terrestri bello Conventionesque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Wysoczanski Rudnickiemu Tenetz

620

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Marcus Wysoczanski sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iuris dominibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo huic autem iuri Domini Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse Generoso Joanni Rudnicki et ipsius posteris summam sexcentorum florenorum polonicorum monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando Certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae apud ipsum tenetur atque debet. Quam quidem summam debiti sexcentorum florenorum polonicorum idem religiosus Generosus Marcus Wysoczanski se suosque successores in eisque bonis suis generaliter omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis eidem Creditori seu eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus Hincque pro

die ad Festo Assumptionis in Caelum Beatissime virginis MARIAE
proxime venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus
Castrensibus Premisliensibus reali in effectu reponere et relinquere
repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effideiu-
bere nec arestare vel quovis alio modo impugnare Sub va-
dio similis summae sexcentorum florenorum pecuniae polonicalis per eundem
regnantem vel eius successores praefato suo Creditori et ipsius posteris
ob non solutionem summae praefatae primitus pro tempore et loco su-
pra expressis ad solvendum succumbentes. Insuper idem regnans Ge-
nerosus Marcus Wysoczanski eidem Generoso Joanni Rudni-
cki eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem
et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoream
ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice depromptam ad
Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transfe-
rendi et transportandi quae transportata tanti valebit
acsi per ipsummet regnantem transportaretur. Pro quo quidem vadio
modo praemisso ad solvendum succumbit ac summa ipsa primitus non so-
luta solvendum citatus ex nunc memoratus regnans Generosus Marcus
Wysoczanski aut eius successores citati ad instantiam praefati Generosi
Joannis Rudnicki aut eius posterorum ad officium praesens Ca-
strense Capitaneale Premisliense ex hinc recessu suprascripto quoad
respondendum spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium
praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios
omnes consequenter eius se causa terminos semper peremptorios

vera



vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legitime in-
tra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Qui-
etorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedi-
mentis non differendo Ad quietationem ultra proximos Terminos
officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens
nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciens
praemissaque omnia poenis simplicibus vel tricatis evasionibus
suspensionibus fatalis iuris praefati Terrestri bello Conven-
tioneque tum aliis omnibus iuris remediis et defensis non sub-
terfugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

## Rudnicki Choinackiemu Tenetur.

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensi-
bus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Rudnicki sanus men-
te et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedens huicque autem iuris-
ditioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem
attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporans ac subiiciens palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Joanni Choina-
cki eiusque posteris summam mille florenorum pecuniae polonicalis mone-
te et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis trigin-
ta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutua-
tique apud ipsum pecunia tenetur atque debet. Quam quidem
summam mille florenorum pecuniae polonicalis idem regnans Generosus Joan-
nes Rudnicki se suosque successores in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem